



**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et
Principis Monasteriensis Decas**

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

34. Batavi expugnationem decernunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](#)

expugnationem propterea censeri posse Reip. glo- 1664.
 riosam; sed Christiani tamen cuiusq; sanguinis
 reatui, ac plurimis, quæ ex ea nascentur, incom-
 modis obnoxiam fore. Verum cum re adhuc
 integrâ neandum eò deventum sit, nomine Cæsa-
 ree Majestatis requiri Ordines, ut aliquos de-
 signent, cum quibus conferat, & ea exquirat
 media, quæ serviant rei adeo periculose, ad sa-
 tisfactionem partium, & ex mente sua Maje-
 statis componenda.

Non tamen idè ab incepta armorum Sed fru-
 prosecutione desistunt Batavi; sed mente jam strâ.
 obfirmati, ni miles præsidiarius Dylarianâ
 arce, aut jussus, aut sponte cedat, expugna- 34.
 tionem decernunt; ejusque causas exprimunt Batavi;
 hac epistolâ ad Christophorum Bernardum ter- expu-
 tio Calendarum Maij exaratâ. gnatio-

Confisi eramus Liechtensteinianum debitum nem de-
 post iteratam, & nostro & Principis Frisiae O- cernunt.
 rientalis nomine, amicâ toties oblationem, jam-
 pridem extinctum, & Fortalitium Dylarianum Eorum
 præsilio suo evacuatum fuisse. Sed quia præ ad Chri-
 ter omnem spem & expectationem contrarium stoph.
 experimur (quamvis non sine dolore) fateri Bern.
 debemus impositam nobis necessitatem totis viri- epistola.
 bus cogere præsidiarios, ut fortalitium deserant,
 & idcirco parare omnia, quæ ad hunc finem
 quoquomodo desiderabuntur. Non una sanè
 ratio id à Nobis extorsit, ut qui ab omni injuria
 vindicare Oest-Frisia Principem obligamur,

SS

Santa

1664. tanta nunc iniquitate oppressum non prom
non liberemus. Quis enim manifestam esse
pressionem negabit, debitorem Principem
oblatam, quæ quidem à Liechtensteinio
possit, pecunia solutionem, continuatam
rosâ executione adhuc gravari? Excusam
quit, quod Delegati, quibus V. Celsudo
statem fecit à Conductoribus, Colonisq; in Fr
intrâ mensem exigendi debitum, pacium
terminum priorem, oblatâ etiam ante numeratione,
pecuniam nolint acceptare,
dare apocham, multo minus executione sup
sedere, vel ex arce educere presidium, can
defectum potestatis. Id quod damnari do
totius Orbis iudicio, ut quæ poscatur pecunia
sponte etiam oblatâ non repudietur modo,
executio præterea, apprehensaq; semel Capit
Dyleriani possessio continuetur; cum iure m
tissimum sit, oblatione pignus solvi, ita q
dem, ut non causam tantum, sed & omnem do
sorbeat executionis prætextum. Hospitatio m
litum in Frisia & in arce Dyleriana invito De
mino talis est, qualis vix alias tentari potest in
pressio. Fuit equidem redditua Nobis epistola Co
fitudinis Væ. vigesimo octavo lapsi proxima A
prilis Ratisbonæ data; quâ causam hanc signi
ficabat coram Aulico Imperiali iudicio præsum
tam esse, eoq; cum suis an- et connexis perire;
amicum ita colloquium à Nobis suggestum, optu
tumq; non secùs declinans, ac si raiſta Nos mi

nirae gentium concerneret; cum tamen summa 1664.
tota termini primi, & magna pars secundi, No-
strâ sollicitudine in Provinciis hisce, & vel ideo,
procurata sit, ut & Liechtensteinio Principi sa-
tisferet, & Oest-Frisia ab hujusmodi permole-
sta executione liberaretur: praterquam quod
aliunde Reip. hujus intersit, ut conservetur
Oest-Frisia Comitatus. Sed & decimâ nondâ
hujus, Principem istum requisivimus, ut prâter
termini primi, etiam secundi solutionem, qui
tertiâ Maij stylo novo expirabit, pariter offer-
ret. Ea enim pecunia, uti parata est, ita quo-
que, si quidem Castello Dyleriano praesidiarij an-
tea excesserint, eodem tempore receptari potest.
Quod si vero hujusmodi insinuatio habetens o-
missa sit, Nos eam nunc supplemus, spondemusq;
pactam utroq; termino, pecuniarum numeratio-
nem. Id quod hisce significandum duximus
confidentes Celsitudinem V. rationibus tam præ-
gnantibus tandem motum iri, ut ad prævenien-
dum tot incommodes, qua exinde cateroquin nas-
centur, haud gravatim in Frisia supersedeat
executione, & arce in primis Dylerianâ ante
diem instantis jam Maij decimum presidio suo
denudet. Sin minus, nolumus in insontes Nos
malorum culpam conferri, qua inevitabili casie
subsequentur; siquidem militia nostra tunc a-
get, & solus in noxa is erit, cuius iniquæ actio-
nes, oppressionesq; causam præbuerent.

S 8 2

Has

1664.

Has dum Tubicen Batavus ad Principem
Monasterium perfert, Brabeckius eadem
quarta Maij, simulac responsio his ferè ve-
bis, Comitis-Hagam expeditur.

35.
Responsio
Mona-
sterien-
sis.

Præpotentes Domini, Perdilecti amici
& vicini.

Ex litteris Vestris non sine admiratione per-
cepimus finistram de Nobis opinionem, hanc al-
biè ex eorum sensu profectam, qui de Commis-
sione Cæsaris in causa Liechtensteiniana vel mo-
informati, vel partibus impliciti sunt. Idq[ue] u-
to Nobis acerbius accidit, quò sanctius obser-
ta semper fuit vicinia, amicitiaq[ue] nostra. Ne-
quaquam sane arbitramur oppressum à Nobis
Frisia Principem, aut unquam immerito gravatum esse; quin contrà, si genuino causa, ne-
penitus quis imbuatur, illico apparebit, rem
Commissionis emolliisse Nos; & postea
Cæsareæ iussionis respectu, amicam præhabuisse
compositionem; nec imperatam solum in Dju-
stias Esens, Stedesdorff & Wittmundt com-
missionem, Nostrâ-metipsâ sponsione impeditam,
sed & pacium primum solutionis terminum,
ad ipsorummet Frisonum preces, promptitudine
pari prorogasse; imò & familiarem cum uti-
cino necessitudinem probasse semper. At uti-
rò, cum nec promissis staret, nec à lapsu inducta
prorogationis statueret diem contractui imple-
do; quin potius sinistrae cuiusq[ue] suspicioris
sam præberet; & interim Princeps Liechten-
steinij